

Georg Radow

**Rector Universitatis Rostochiensis Georgius Radovius, I.U.D. ac Prof. Publ. Ad
meditandam serio Dominicam Passionem, & fugienda nimipere impia
Bacchanaliorum Ludicra, Cives suos Academicos, Studiosam vero cumprimis
Iuventutem serio paterneq[ue] adhortatur : [P.P. Sub sigillo Rectoratus ... 2. Febr.
Anno ... MDCLXVIII.]**

Rostochi[i]: Kilius, [1668]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73566496X>

Druck Freier  Zugang



NB Confe
dat III.
ma
Aro 370

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
GEORGIVS RADOVIVS, J. U. D.
ac Prof. Publ.
Ad meditandam serio
**DOMINICAM
PASSIONEM,**

& fugienda nimioperè impia


BACCHANALIORUM LUDICRA,
CIVES suos ACADEMICOS, STUDIOSAM
verò cum primis JUVENTUTEM serio pa-
ternèq; adhortatur.



ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typographi

R. W. Pögg 1668



A humani est ingenii natura atquè indoles,
uti nunquam quiescat, sed magè mobilis sit instar, ne
ad momentum quidem desituri. Hinc adeò fit, ut variè varia versemus, ac mente subinde agitemus homines. Nequè negari profectò potest, sic multa esse sat-
tis, circa quæ occupari aut cogitatione ferri animos mortalium, grande utique sit opera precium. Sed enim nulla prorsus vel divinior est, vel salubrior meditatio, quam quæ patienti morienti q; CHRISTO impendit. Cum hâc ipsâ componas, quamcunq; voles, aliam, arduarum quantumvis, maximèque ceteroqui rerum sublimium; jurare sustinebis, non nisi crepundiorum aut quisquiliarum valorem habituram. Et quidem divinissimarum isthoc considerationum, quibus unicè salus atquè incolumenta nostra nititur, officio fungendum semper omnino est; præcipue tamen hocce Anni tempore, quod in primis isti negocio pia Antiquitas destinavit, ceu ipsū idem, quo per

per necem SOSPITATORIS parta Orbi terrarum vita salusquè est. Utquè quām maximè seriò tam acerbam passionem, tamquè diram mortem agitaremus, de què peccatis nostris, propter quæ DOMINUM nostrum tantos perferre cruciatus oportuit, doleremus, & declinandi in posterum commodissimam rationem iniremus, jusserunt volueruntq; Majores nostri, prisci Christiani, & primæ Ecclesiæ Antistites, nos per hosceiplos, totiusquè omnino Quadragesimæ dies, non modò sobriè & luxus, comessationum, crapulæq; expertes vivere (quomodo ceteroqui vivendum est semper) sed sumptionem cibi ultta svetam horam differre, & per integrum diem solâ frugali cænâ (nisi fors corporis aut operis nonnullorum ratio evidenter & necessariò aliud exigeret) contentos esse, atquè adeò corpore jejunis tenuare, uti mens liberior eò paratiōr q; ad DEUM ferretur. Enimveò caussabantur atquè intelligebant satis eximiè antiqui Patres, Ecclesiarumquè Rectores, sanctiori nulli curæ, minimè verò isti, de quā diximus, meditationi vacare posse, qui plus assumarent cibi, quām esurientes caperent; plusquè biberent, quām pudicis utile esse videretur. Cū enim distenderetur crapulâ corpus, opprimi spiritum, & veluti brutescere animam, adq; superna & cælestia erigere se, tanquam sarcinâ aliquâ gravatam, minimè posse. Appositè profectò eleganterquè *Synesius*: ὅτιν εὐτροφῇ σῶμα περὶ σύρησιν, ἀποτρέφει ψυχὴν περὶ φρένησιν. Præclarè etiam *Prudentius*:

*Parcis victimis expedita corda
Infusum melius DEUM receptant:
Hic pastus anima est cibusq; perus.*

Ipsi

Ipsi sanè Gentiles, uti laudabile quid vel agerent, vel meditarentur, abstinentiæ cum primis studebant, & animam *siccām* optimam statuebant esse atquè sapien-
tissimam. Sed enim verò in alia omnia discessum ho-
diè est, factitatumquè adeò sive per ævi deterioris ma-
litiam, sive per, nescio, quas non technas artesquè ne-
quissimi, CHRISTOq; nostro contrarii semper Spir-
itus, uti nunquam magis luxuria omnisq; generis la-
sciviar, quam nunc, frequententur ad ferveant. Ita n.
à multis potari dies ac noctes, ita ludo jocoq; indulgeri
videas, ac si vel ipsis Gentibus (sanioribus certè) de-
testata *Bacchanaliorum* festa celebranda, non verò re-
demtionis nostræ mysterium recolendum jam ante
omnia, considerandumquè paullò curatiū foret.
Non temerè Thracum Schytarumvè quis induratus
in ea sit animum, quæ committi hodiè in medio Chri-
stianismo, adeoque patrari ab iis videas, à quibus ne-
fas ac flagitium omne oportebat esse quam alienissi-
mum. Mirari subit, per ipsas etiam Academias pe-
stem tam monstrosum ita serpere, uti nunquam ma-
gis libidini, impietati, comedationibus, rixis, duellis
ac dimicationibus operari, quam hoc tempore, STU-
DIOSA JUVENTUS soleat; non secus ac si in
officiniis non honestatis ac studiorum, sed intempe-
rantiae atque nequitiae; non communione doctorum
virorum, sed colluvione Cyclopum Gigantumvè ver-
saretur. Quod de *Bacchantium*, ne ipsis quidem
Gentilibus toleratis, furiis jamjam dicebamus, id sa-
nè ex re & verò adferebamus. *Bacchanalium sacrorum*
mos novus institutus, cùm ad perniciosam vesaniam iretur,
sublatus continuo est; MAXIMO adnotatum est VA-
LERIO. Ibatur verò utique ad vesaniam perniciem-
què

quæ. Bacchi sacra (LIVII sunt, quæ recitabimus,
verba) Græcus quidam homo ignobilis, sed ejusmodi sa-
crorum antistes, primò in Hetruriam attulit, ibique ritus
eorum docuit. Ex Hetruria ea mali labes mox ROMAM
penetravit. Initia erant, quæ primò paucis tradita sunt;
deinde vulgari cœpta per viros ac muleres; addite voluptates
religioni vini & epularum, quò plurimū animi illiceren-
tur. Quum vinum animos, & nox & misti feminis ma-
res atatis generæ, majoribus discrimen omne pudoris extin-
xisserent, corruptela primū omnis generis cœpte; quum ad
id quisq; quò naturā prærioris libidinis esset, paratam vo-
luptatem baberet: nec unum genus noxe, supra pro-
miscua ingenuorum feminaruq; erant; falsi testes, falsa
signa, testimoniaq; ex eadem officinā exhibant; venena iden-
tidem, intestinaq; cedes, ita ut ne corpora quidem inter-
dum ad sepulturam extarent; multa dolo, pleraque per
 vim audebant, &c. Estne hoc, Bacchanalia sacra ille-
ad impietatem & perniciosa vesaniam? Memorant
itaq; testanturq; Romanorum Historiæ, postquam eō
jam ventum esset usquè, SENATUM in Mystas & Sym-
mystas impii sacri, foedissimique ritus, severissimè a-
nimadvertisse, nequè quievisse scelerum vindices
gladios antè, quām radicis pestilentissima contagio
extirparetur. Laudabile prosector ac glriosum faci-
nus. Ceterū quid jam CHRISTIANIS nobis futu-
rum est. Repetere ex superioribus, & vel sacramen-
to firmare denud ausimus, celebrari inter nos aut vi-
gere, quæ Libianis istis vel paria sint, vel enomitatem
etiam eorundem excedant. Et quis est, qui de aver-
runcando malo sollicitus sit? Eximia, fatemur, fides
est nostra. Credimus in Deum; deque Crucifixo
ejusdem ac passo pro nobis Filio, nimioperè gloria-

mur.

mur. Sed enim fidei opera minimè respondent. Hic quidem dare nos in pudorem ipsæ à CHRISTO, fide- quæ in eum habitâ, alienissimæ Gentes, possint. *Bacchantium* turpitudinem ROMANI magno, uti audivimus, detestati fuere opere. Apud nos vel in ipso Ecclesiæ gremio reperias, qui excusare aut palliare co- nentur, caussati, iudicra saltē pomparum *Bacchanalia* esse, lætitia ac voluptatis non prorsus illicitæ instru- menta, adeoq; citra impietatis culpā, noxamvè nimis notabilem usurpari posse. Quā quidem in re tantum est profectò nefas, ut vel ipsa expiandum morte arbit- tremur. Sanè si de negocio ipso minimè jam forte dispiciendum amplius fuerit, saltem temporis consi- derare jubemus, obquæ oculos ponere circumstanti- am. Arbitrati omnino, lætitiam voluptatemq; in- istos reservari dies oportere, quibus & isti & illi esse locus possit. Nunc autem lascivire, indulgere genio, gaudia carnis procurare, voluptatum res sectari, ubi CONSERVATOR mortalium, non uti sibi consule- ret, sed unicè uobis salutem acquireret & vitam, tot probra, tot contumelias, tot plagas ac vulnera, & mor- tem deniq; ipsam passus est; ea verò extrema scelerum atque impietatis fuerit linea. *Pudeat* (nonnemini è veteribus sanctè præclarèq; dictum) *membra deliciari sub capite spinis coronato*. Jam si in publica fata intu- eamur, & afflictissimas variarum, nec adeò procul dis- sitarum Gentium res nobiscum aliquantò diligentius commentemur, quid vele esse, vel videri queat incon- venientius, quā ad hanc impietatem vanitatemquæ animum eopse addere tempore, quo tot crudeles alias & supra omnes Tragædiarum atrocitates, horrendi passim luduntur ludi. *Quos cùm ita spectemus ha- ctenus,*

Etens, uti metuamus assidue, ne & ipsi protrahamur
in scenam, & nobis nunc imponantur, quas alii susti-
nuerunt hucusq; lugendi ejuslandiq; partes ; decebit
utiq; magis cilicio corpus, quā pictā veste, indui; squa-
lere lacrimis faciem, quām personā turpari; precibus
lamentis, gemiribus, quām choreis , canticis, jubilis
indulgeri. **Omnium** autem maximē præcipueq; no-
vā emendatāq; vitā opus erit. Nequè enim pœnas cri-
minum licebit effugere, si non ipsa crimina fugeri-
mus; aut temporum mutare statum, nisi nos ipsos
mutaverimus antē. **Questibus** ac lacrimis, quarum
magna ceteroqui vis est atq; efficacia, nudis quidem
nil profecerimus sanè, nisi prostratus humi, suiq; per-
tensus animus accesserit, qui & execretur errores vete-
res, & diligenter sibi de novis caveat, ac in futurum
ad eo nil nisi sobrium sanctumq; & volvat secum cogi-
taus, & ipso deinceps opere sedulò exprimat. **Quis**
enim pœnitentia fructus speret, ubi vera pœnitentia
non est? At jam verò, minimè ibi veram suis pœni-
tentiam tutò colligas , ubi nulla deprehensa an-
te sit vita emendatio. Errantibus proin hucusq; no-
bis optimus futurus portus est, mutatio consilii in-
melius. Ita demum rectissimè irati Numinis pacem
imperabimus, ita instantium malorum tempestatem
dispellemus. **Quapropter** agite, STUDIOSI vos JU-
VENES (ad vos enim præcipue sermo dirigitur) agite,
inquam, ita uti vitam moresq; componatis, quemad-
modum jam vobis præivimus, vestrumq; ceteroquin
ordinem & honorem decet. Non ex Rusticorum
aut Cerdonum eitis numero Altius generis aut
originis, vestrae dignitas adsurgit atq; eminentia. In-
Principum ac Rerum publ. quin Ecclesiarum Schola-
rumq;

rumq; nati ornamentum ac decus estis. Nati in spem
patriæ, in laudem seculi, gloriamq; posteritatis. Osten-
dite igitur lucem vestram; conspicua reddite coram
hominib; bona opera vestra. Studete, præceteris, mo-
destiæ, temperantiæ, pietati, & quicquid præterea
virtutum fuerit, magno conamine amplexamini: fu-
gite scelera, nequitiam, temulentiam, crapulam, di-
gladiationes, cædes, adeoq; quodcunq; vel esse, vel
cogitari saltem impium vitiosumq; possit, procul ha-
bete. Venerem præcipuè vagamq; libidinem, in quam
non adeò dolor! ire, sed præcipitio quasi quodā ruere,
cæptum non omnino è vobis est nullis, cane pejus &
angve oderitis & execrabit. Nolite scortationibus;
nolite adulteriis implicari; imò ne quidem alieni esse
matrimonii, alienèvè pudicitię SUBSESSORES sustine-
re esse. Prælucere suo vobis patimini magis exemplo
è Gentilib; AFRICANUM SCIPIONEM, qui, quæ
formam præ se ferret, virginem Feminamvè, ne in-
conspectum quidem adducisuum voluit, ne quid de
virginitatis integritate delibasse saltem oculis videre-
tur. Summa: Nolite in omni vitâ vestrâ ex eorum esse
numero,

**QUI CURIOS SIMULENT, ET BACCHA-
NALIA VIVANT.** Omnis vestra voluptas, amorq;
vestris omnis in CRUCIFIXO. Sic idem vos ipse
temporaliter æternumq; sospitabit. P.P. Sub sigillo

Rectoratus, ipsâ ESTO MIHI dominica, i.e.


2. Febr. Anno recuperatæ gratiæ

MDCLXVIII.

(16) o (16)



ctenus, uti metuamus assiduè, ne & in scenam, & nobis nunc imponant nuerunt hucusq; lugendi ejulandi utiq; magis cilicio corpus, quā picta lere lacrimis faciem, quām personā lamentis, gemiribus, quām choreis indulgeri. Omnia autem maxima vā emendataq; vitā opus erit. Nequā minum licebit effugere, si non ipsum; aut temporum mutare statu mutaverimus antē. Questibus ac magna ceteroqui vis est atq; efficac nil profecerimus sanè, nisi prostrat utrūs animus accesserit, qui & execrēs, & diligenter sibi de novis caveat adeo nil nisi sobrium sanctumq; & virtutus, & ipso deinceps opere sedulō enim pœnitentiæ fructus speret, ubi non est? At jam vero, minimè ibi tentiam tutò colligas, ubi nullatenet sit vitæ emendatio. Errantibus p̄bis optimus futurus portus est, mihius. Ita demum rectissimè irati imperrabimus, ita instantium malo dispellemus. Quapropter agite, S̄ VENES (ad vos enim præcipue serm inquam, ita uti vitam moresq; commodum jam vobis præivimus, vestra ordinem & honorem decet. Non aut Cerdonum eius numero A originis, vestra dignitas adsurgit atq; Principum ac Rerum publ. quin Ec



hamut
si susti-
lecebit
; squa-
ecibus
jubilis
ēq; no-
ias cri-
sugeris
ipsos
iarum
idem
; per-
s vete-
arum
cogi-
Quis
entia
pœni-
sa an-
q; no-
ili in-
acem-
tatem
os JU-
agite,
emad-
equin
orum
s aut
In
chola-
umq;